M. T. De Oratore

Libro I. Cap. XXIV.

Cod. Membr. Sec. XV

di pag. 11 incompleto.

COGITANTI MIHI SEPENUMERO
et memoria vetera repetenti per beati fu-
isse. Q. frater illi videri solent qui in opti
ma re pub. quom et honoribus et rerum
gestarum gloria florerent: eum vite cursum
tenere potuerunt ut vel in negotio sine
periculo. Vel in otio cum dignitate esse pos
sent. Ac fuit tempus illud cum mihi quoque initium requie
scendi atque animum ad utriusque nostrum preclara studia referen
di fore iustum et prope ab omnibus concessum arbitrarer.
si infinitus rerum forensium labor et ambitionis occupa-
tio cursu honorum etatis flexu constitisset. Quam
spem consiliorum et cogitationum mearum tum graves communium
temporum tum varii nostri casus fefellerunt. Nam qui
locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore vide
batur in eo maxime molestiarum et turbulentissime
tempestates extiterunt. Neque vero nobis cupientibus
atque exoptantibus fructus otii datus est ad eas artes
quibus a pueris dediti fuimus celebrandas interque nos
recolendas. Nam prima etate incidimus in ipsam perturba
tionem disciplinae veteris. et a consulatu devenimus in me
dium omnium rerum certamen. atque discrimen. et hoc tempus
omne post consulatum obiecimus his fluctibus qui per nos
a communi peste depulsi in nos met ipsos redundarunt. Sed
tamen in eis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis
obsequar studiis nostris et quantum mihi vel fraus inimi
corum aut amicorum causa vel res publica tribuet otii. ad scri
bendum potissimum conferam. Tibi vero frater neque hor
tanti deero neque roganti. Nam neque auctoritate quisquam
apud me valere plus te potest neque voluntate. Ac mihi
repetenda est veteris cuiusdam memorie non sane satis
explicata recordatio. sed ut arbitror apta ad id quod
requiris. Ut cognoscas qui viri omnium eloquentissi
mi clarissimique senserint de omni ratione dicendi. Vis

·N· ut mihi saepe dixisti. Q(ua)m que pueris aut adolescen-
tibus nob(is) aut ex comentariolis n(ost)ris inchoata aut rudia
exciderūt. uix hac aetate digna. & hoc usu quē ex c(aus)is
quas diximus tot & tantis consecuti sumus aliquid ïs(ti)s d(e)
de rebus politius a nob(is) p(er)fectiusq(ue) proferri. Solesq(ue) n(on)
nunq(uam) hac de re a me in disputationibus n(ost)ris dissentire.
q(uo)d ego eruditissimo(rum) artib(us) eloquentiā contineri sta-
tuam. Tu autē illam ab elegantia doctrine segregan-
dam putas. & in quodā ingenii atq(ue) exercitationis
genere ponendā. Ac mihi quid(em) saepe n(ume)ro summos ho
mines ac summis ingeniis p(re)ditos intuenti quēndū esse
uisum ē. Quid eēt cur plures in omib(us) artib(us) q(uam) in dicē
do admirabiles extitissent. Nam quocūq(ue) te aīo & co
gitatione cōuerteris. p(er)multos excellentes in quocūq(ue)
genē uidebis nō mediocriū artium sed prope maxiarū.
Quis eim ē q(ui) si claroru hoīum sciam re(rum) gesta(rum) ul(?)
utilitate uel magnitudine metiri uelit. nō anteponat
oratori imperatorē. Quis autē dubitet q(ui)n belli duces
ex hac una ciuitate prestantissimos pene innūabiles.
in dicendo autē excellentes uix paucos proferre possi-
mus. Iam uero consilio ac sapientia q(ui) regere ac gu
bernare rē pu(blicam) possint multi n(ost)ra, plures memoria, at
q(ue) etiam maioru(m) extiterūt. cū boni p(er)diu nulli. Vix
autē singl(is) aetatib(us) singuli tollerabiles oratores inueni
untur. Atque ne q(ui)s forte cū aliis studiis q(ue) recōditis
in artib(us) atq(ue) aliqua uarietate litterarū uersent(ur) mag(is)
hanc dicendi rōnem q(uam) cū imperatoris laude. aut cum
boni senatoris prudentia compandā putet. Conuertat
āīum ad ea ipa artium genera. circūspiciat q(ui) in his flo
ruerūt. q(uam) q(ue) multi sint. facillime quanta orato(rum) sit &
semp(er) fuerit paucitas iudicabit. Neq(ue) eim te fugit oīum lau-
data(rum) artiū p(ro)creatricē quandā. & quasi parentē eā q(ua)m
ph(ilosoph)yam greci uocant ab omibus doctissimis iudicari.
In qua difficile est enumerare quot uiri. quanta q(ue) ī su-
is studiis uarietate & copia fuerint. qui non una aliq(ua)

Capit(ulu)m 2(um) p(ro)hemiale cur plu
res fere in oīb(us) gene(ribus)
artiu(m) excellentes uiri
q(uam) boni oratores exti
terunt.

(in margin:) partium
(in margin:) ualde l(ibet) gnue(?)
(in margin:) N
(in margin:) l(ibet) fuerit

in re separatim elaborarint. sed omnia quecumque essent vel scientie
pervestigatione vel disserendi ratione comprehenderint. Quis igno
rat hi qui mathematici vocantur quanta in obscuritate rerum
et quam recondita in arte et multiplici subtilique versentur? quo
tamen in genere ita multi perfecti homines extiterunt ut nemo
fere studuisse ei scientie vehementius videatur. quin quod vo
luerit consecutus sit. Quis musicis? quis huic studio littera
rum quod profitentur hi qui grammatici vocantur? penitus se de
didit. quin omnem illarum artium pene infinitam vim et materiem
scientia et cognitione comprehenderit? Vere hoc mihi videor
esse dicturus ex omnibus his qui harum artium studiis liberalissi
mis sint doctrinisque versati. minimam copiam poetarum egregiorum
extitisse. Atque in hoc ipso numero in quo perraro exoritur
aliquis excellens. si diligenter et ex nostrorum et ex grecorum
copia comparare voles. multo tamen pauciores oratores quam poe
te boni reperientur. hoc et iam mirabilius debet videri. quia
ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus
hauriuntur. dicendi autem omnis ratio in medio posita communi quodam
in usu atque in hominum more et sermone versatur. Vt in ceteris
id maxime excellat quod longissime sit ab imperitorum
intelligentia sensuque disiunctum. In dicendo autem vitium
vel maximum sit a vulgari genere orationis atque consuetudine
communis sensus abhorrere. Ac ne illud quid vere dici potest.
Aut plures ceteris artibus inservire aut maiori delecta
tione aut spe uberiore aut premiis ad perdiscendum ampliori
bus commoveri. Atque ut omittam greciam que semper elo
quentie princeps esse voluit. Atque illas et omnium doctri
narum inventrices athenas. in quibus summa dicendi vis et
inventa est et perfecta. In hac ipsa civitate profecto nulla
umquam vehementius quam eloquentie studia viguerunt. Nam
posteaquam imperio omnium gentium constituto diuturnitas
pacis otium confirmavit. Nemo fere laudis cupidus a
dolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum pu
tavit. At primo quod totius rationis ignari. qui neque exer
citationis ullam viam neque aliquod preceptum artis esse ar-

l' abditis

bitrarent᷑. tantū quantum ingenio & cogitatione poterant cō
sequebant᷑. Post autē [auditis] oratoribus grecis, cognitisq; eorū
litteris, adhibitisq; doctoribus incredibili quodam nr̄i dicēdi
homines studio flagrauerūt. Excitabat eos magnitudo.
ac uarietas. multitudoq; in omni genē cārum. Vt ad eā
doctrinā quā quisq; studio suo assecutus esset adiungeret᷑
usus frequens q̄ oīum magrōrū p̄cepta superaret. Erāt āt
huic studio maxima que nūc quoq; exposita sunt p̄mia
uel ad grām uel ad opes. uel ad dignitatē. Ingenia uerō
ut multis rebus possumus iudicare nr̄orum hominū mltū
ceteris hominib; oīum gentium p̄stiterūt. qb; de causis
quis nō iure miret᷑ ex omī memoria ętatū. temporum
ciuitatū tam exiguū oratorū nūm inueniri. Sed nimirū
maius est quiddam q̄ homīes opinant᷑ & pluribꝰ artibus
studijsq; collectū. Qd enim. qs aliud in maxima discenti *frequentatio*
um multitudine. sūma magrōrū copia. p̄stantissimis ho
Ingeniis minū. infinita causarū uarietate, amplissimis eloquentie
propositis p̄mijs ēē cause putet. nisi rei quandam īcre
dibilē magnitudinē ac difficultatē. Est .n. & sciā comp̄
hendenda rerū plurimarū. sine qua uborū [uo] nobilitas inanis
atq; irridenda ē. & ipa oratio conformanda nō solum
electione. sed etiam constructione uborū. Et oēs aīorū
motus quos hoīum generi rerū natura tribuit. penitus p̄
noscendi. q̄ omīs uis rōq; dicendi ī eorū q audiunt mē
tibus aut sedandis aut excitandis exp̄menda ē. Acce
dat eodē oportet lepos qdam facetieq; & eruditio libero
digna. celeritasq; & breuitas. & r̄ndendi et lacessendi
subtili uenustate atq; urbanitate coniuncta. Tenenda p̄
terea est omīs antiquitas exemplorūq; uis. neq; legum
atq; iuris ciuilis sciā neglegenda est. Nam qd ego de
pronuntiatio actione ipa plura dicam. que motu corporis. que ges
tu. que uultu. que uocis cōfirmatione ac uarietate
moderanda est. que sola p se quanta ipsa sit hystrionū
leuis ars & scena declarat. in qua cū omnes in oris et
uocis & motus moderatione laborent. quis ignoret q̄

pauci sint fuerintq; quos æquo animo spectare possemus?
Qd dicā de thesauro rerū oīum memoria: que nisi custos
inuentis cogitatisq; rebus & uerbis adhibeatur. Intelligi
mus oīa etiam si p̄clarissima fuerint ī oratore p̄itura. Q̄ꝓ
obrē mirari desinamus. que causa sit eloquētiū paucitatis.
cū ex his rebus uniuersis eloquentia constet: in quib; sin
gulis e laborare p̄ magnū est. Hortemurq; potius libe
ros nr̄os ceterosq; quorū glīa nobis & dignitas cara ē ut
aīo rei magnitudinē complectant. Neq; eis aut p̄ceptis a
magr̄is: aut exercitationib; q̄bus utunt omēs. sed aliis q̄
busdam se id quod expetunt consequi posse confidāt. Ac
mea quidē s̄nīa nemo poterit ēē omī laude cumulatus o
rator: nisi erit oīum rerū magnarū atq; artiū sc̄iā consecu
tus. Et n. ex rerū cognitione efflorescat & redundet
oportet orō. que nisi sit ab oratore p̄cepta & co
gnita: inanē quandā hīt eloquentiā & pene puerilē.
Neq; uē ego hoc tm̄ oneris imponā oratorib; p̄sertim
nr̄is in hac tanta occupatione urbis ac uite: nichil ut
iis putē licere nescire. q̄q̄ uis oratoris ꝓfessioq; ipsa
benedicendi hoc suscipe ac polliceri uideat. ut omī de
re quecūq; sit proposita ornate ab eo copiose q; dicat.
Sed quia nō dubito quin hoc plerisq; immensum infinitū
q; uideat. & q̄ grecos homines nō solū ingenio & doctri
na sed & otio studioq; habundantes p̄titionē quandam
artiū fecisse uideo neq; in uniuso genē singulos elaborasse. Sz
se posuisse a ceteris dictionib; eam p̄tē dicendi que ī forēsibus
disceptationib; iudiciorū aut deliberationū uersaret. & id
unū genus oratori reliquisse. Non cōplectar in his libris ā
plius, hominū prope consensu ē tributū. Repetā q; nō ab in
cunabulis nr̄e ueteris puerilisq; doctrine quedā ordinē p̄
ceptorū: sed ea quae quondam accepi in nr̄orū hoīum eloq̄
tissimorū & omī dignitate p̄ncipū disputatione ēē u̇sata.
Non quo illa contemnam: que greci dicendi artifices & do
ctores reliquerūt. sed qm̄ illa pateant: in promptuq; sint
omib;: neq; ea interp̄tatione mea aut ornatius explicari ac

q̄ qd' reqsiui et m̄tū disputani ssimorum

Tractatus 2us de introductione future disputationis et quanta sit in omnibus rebus oratoris perita

Capitulum primum qui[a] viri in tusculano ad disputandum convenerant sub platano.

planius exprimi possint. Dabis hanc veniam mihi frater ut opinor. ut eorum quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est auctoritatem grecis anteponamus. Cum igitur vehementius inveheretur in causam principum consul phylippus drusique tribunatus pro senatus auctoritate susceptus infringi iam atque debilitari videretur dici memini ludorum Romanorum diebus. L. Crassum quasi colligendi sui causa se in tusculanum contulisse. Venisse eodem socerum eius qui fuit. Q. Mutius dicebatur. et M. Antonius homo et consiliorum in re publica socius et summa cum Crasso familiaritate coniunctus. Exierant autem cum ipso Crasso adolescentes et drusi maxime familiares et in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis sue collocarent. C. Cotta qui tum tribunatum plebis petebat. et P. Sulpitius. qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur. Hi primo die de temporibus illis deque universa re publica. quam ob causam venerant multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt. quo quidem in sermone multa divinitus a tribus illis consularibus cotta deplorata et commemorata narrabat. Ut nihil incidisset postea civitati mali quod non impendere illi tanto ante vidissent. Eo autem omni sermone confecto tantam in Crasso humanitatem fuisse. ut cum lauti accubuissent tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis. ea que esset in homine iocunditas et tantus in iocando lepos ut dies inter eos curie fuisse videretur convivium tusculanum. Postero autem die cum illi maiores natu satis quievissent. in ambulationem ventum esset dicebat tum sceuolam duobus spatiis tribus ve factis dixisse Cur non imitamur crasse socratem illum qui est in phedro platonis. Nam me hec tua platanus admonuit. que non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis quam illa cuius umbram secutus est Socrates. que mihi videtur non tam ipsa aquula que describitur quam platonis oratione crevisse. Sed quod ille durissimus pedibus fecit ut se abiceret in herba. Atque ita illa que philosophi ferunt divinitus esse dicta loqueretur. Id meis pedibus certe concedi est equius. Tum Crassum immo vero commodius esse pulvinosque poposcisse

omes in iis sedibus que erant sub platano consedisse dicebat. Ibi ut ex p̄stino s̄mone relaxerent animi oīum. Solebat cotta narrare Crassum s̄monē quendā de studio dicendi intulisse. qui cū ita eē exorsus nō sibi cohortandū uideri. q̄ tantū iam essent facultatū adepti. ut nō equalib; suis solū ante poneretur. sed cū maiorib; natu compararent. Neq; uerō mihi quicq̄ inquit p̄stabilius uidet̄. q̄ posse dicendo tenē hominū cetus. Mentes allicere. uoluntates impellē quo uelit. unde autē uelit deducē. Hec una res in omī libero populo maximeq; in pacatis tranquillisq; ciuitatib; p̄cipue sēp floruit semp̄q; dn̄ata est. Qd eī est aut tam admirabile q̄ ex infinita hōinum multitudine existē unū. qui id quod oīb; nā sit datū uel solus uel cū p paucis facē possit. Aut tā iocundū cognitu atq; auditu. q̄ sapientib; s̄niis grauib;q; ūb ornata oratio et polita. aut tam potens tāq; magnificum. q̄ populi motus. iudicū religiones senatus grauitatē. unius orōne conuerti. Quid porro tam regium. tam liberale. tam munificū. q̄ opem ferre supplicib; excitare afflictos. dare salutē. liberare piculis. retinē homines in ciuitate. Qd aut tam necessarium q̄ tenē semp arma quib; uel tectus ipē eē possis. uel puocare improbos. uel te ulcisci lacessitus. Age uero ne sēp forum subsellia rostra curiā q̄ meditē. Quid eē p̄t in otio. aut iocundius. aut magis propriū humanitatis. q̄ s̄mo facetus ac in nulla re rudis. Hoc .n. uno uel maxime p̄stamus feris. q̄ colloquimur inter nos. & q̄ exp̄mē dicēdo sensa possumus. Quā ob rē quis nō hoc iure miret. sūmeq; in eo elaborandū esse arbitret. Ut quo uno maxime homines p̄stent bestiis. in hoc hominib; ipis antecellat. Ut uō iam ad illa sūma ueniamus que uis alia potuit aut dispersos homines unū in locū congregare. aut a fera agrestiq; uita ad hunc humanū cultum ciuilemq; deducē. aut iā cōstitutis ciuitatib; leges. iudicia iura describere. At ne plura que sunt pene innūabilia consecter comphendam breui. Sic eī statuo. p̄fecti oratoris moderatione & sapientia. non solum ipius dignitatē. sed & iā p̄uatorū & uni-

Margin notes:

Capl̄m 2ᵐ quo a crasso orta est disputatio de oratore.

Sulpitii et Cotta s; magis utrumq; laudandum

sermo noui & significatum ...

Capm 3m

plurimorum et uniuerse rei pu. salutem maxime contineri. Quam obrem pergite ut facitis adulescentuli. atque in id studium in quo estis incumbite. ut et uobis honori. et amicis utilitati et rei pu. emolumento esse possitis. Tum sceuola comiter ut solebat cetera inquit assentior crasso ne aut de C. lelij soceri mei. aut de huius generi. aut arte aut gloria detraham. Sed illa duo crasse uereor ut tibi possim concedere. Unum quod ab oratoribus ciuitates et ab initio constitutas et sepe conseruatas esse dixisti. Alterumque remoto foro. contione, iudicijs, senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis et humanitatis esse perfectum. Quis enim tibi hoc concesserit. aut initio genus hominum in montibus ac siluis dissipatum non prudentium consilijs compulsum potius quam disertorum oratione delenitum se oppidis menibusque sepsisse. Aut uero reliquas utilitates, aut in constituendis. aut conseruandis ciuitatibus non a sapientibus et fortibus uiris. sed a disertis ornateque dicentibus esse constitutas. An tibi romulus ille aut pastores aut conuenas congregasse sabinorum conubia coniunxisse. aut finitimorum uim repressisse eloquentia uidetur. Non consilio et sapientia singulari. Quid etiam numa pompilio. Quid in seruio tullo. quid in ceteris regibus. quorum multa sunt eximia ad constituendam rem pu. Num quid eloquentie uestigium apparet. Quid exactis regibus tametsi exactionem ipsam mente non lingua perfectam L. Bruti esse cernimus. Sed ea deinceps omnia. non ne plena consiliorum inania uerborum uidemus. Ego uero si uelim et nostre ciuitatis exemplis uti et aliarum. plura proferre possim detrimenta publicis rebus quam adiumenta per homines eloquentissimos importata. Sed ut reliqua pretermittam omnium mihi uideor exceptis crasse uobis duobus eloquentissimos audisse. T. et C. sempronios. quorum pater homo prudens et grauis haud quaquam eloquens et sepe alias et maxime censor saluti rei pu. fuit. Atque non accurata quadam orationis copia, sed nutu atque uerbo libertinos in urbanas tribus transtulit. quod nisi fecisset. rem pu. quam nunc uix tenemus. iam diu nullam haberemus. At uero eius filij diserti et omnibus uel nature uel doctrine presidijs ad dicendum parati, cum ciuitatem uel patris consilio uel auorum armis florentissimam

accepissent ista preclara gubernatrice ut ais ciuitatū eloquē
tia rē pu. dissipauerunt. quid leges ueteres moresq; maiorum?
Q̄d auspitia. quibus ego et tu tum magna rei pu. salute p̄su-
mus? Quid religiones et cerimonie? quid hec iura ciuilia. q̄
iam pridē in nr̄a familia sine ulla eloquentie laude ūsant̄?
Non aūt inuenta sunt. aut cognita. aut oīno ab oratoris
genere tractata? Equidē et Sergium Galbam memoria te-
neo diuinū hominē indicendo. et. M. emiliū porcinā. et G.
ip̄m Carbonē quē tu adulescentulus pepulisti. ignarū legū he
sitantē in maiorū institutis rudē iniure ciuili. et hec etas
nr̄a p̄ter te Crasse qui tuo magis studio q̄ pprio munere aliq̄
disertorum ius a nobis ciuile didicit sti. quod interdū pude
at. Iuris ignara est. Quod uero in extrema oōne quasi tu
o iure sumpsisti. oratorē in omnis sermonis disputatione co-
piosissime uersari posse. id nisi hic in tuo regno ēēmus. nō tu
lissem multisq; p̄issem. qui aut tecū interdicto contendēnt
aut ex iure manu consertū uocarē. q̄ in alienas possiōes
tam temere irruisses. Agerent eī tecum lege p̄mū pyta-
gorei omēs atq; democritici ceteri q; in suo genē physici uin-
hommes dicarē q; ornati hōīes indicendo et graues quibȝ tū tibi iu-
stum sacramentū contenderē nō liceret. Urgerē p̄terea
ph̄yorum greges iam ab illo fonte et capite Socrate nihil
te de bonis rebus inuita. nihil de mal'. nihil de aīi p̄mo-
tionibȝ. nihil de hoīum moribus. nihil de rōne uite di-
dicisse. Nihil oīno quesisse. nihil scire conuincēnt. Et
cū uniuersi in te impetum fecissent. tum singule fami-
lie litē tibi intendēnt. Instaret achademia. que quicqd
dixisses id te ip̄m negare cogent. Stoyci uō nr̄i dispu-
tationū suarū atq; interrogationū laqueis te irretitū te-
nerēt. Pypatetici autē et hec ip̄a que ppria oratorū pu-
tas ēē adiumenta atq; ornamenta dicendi a se peti uince-
rent oportere. Ac nō solū meliora sed et tam multo plu-
ra Aristotilē. Theophrastumq; de istis rebus q̄ omēs dicē-
di magr̄os scripsisse ondere. Missos facio methama-
ticos. grāmaticos. Musicos. quorȝ artibȝ uīa ista dicēdi

uis ne minima quidem societate contingit. Quamobrem ista tanta tamque multa profitenda Crasse non censeo. satis id est magnum quod potes praestare ut in iudiciis ea causa quamcumque tu dicis melior et probabilior esse videatur. ut in contionibus et in suasionibus dicendis ad persuadendum tua plurimum valeat oratio. Ut denique prudentibus diserte. stultis etiam vere videare dicere. Hoc amplius si quid poteris non id mihi videbitur orator. Sed Crassus sua quadam propria non communi oratorum facultate posse. Tum ille non sum inquit nescius Scevola ista inter grecos dici et disceptari solere. Audivi enim summos homines cum questor ex Macedonia venissem Athenas, florente Achademia ut temporibus illis ferebatur. cum eam Charneades et Clithomacus et Eschines optinebant. Erat etiam Methodorus qui cum illis una et ipsum illum Carneadem diligenter audierat hominem omnium in dicendo. ut ferebant acerrimum et copiosissimum. Vigebat que auditor Panetii illius tui Mnexarchus et peripatetici Critolaus et Dyodorus. Multi erant preterea clari in philosophia et nobiles a quibus omnibus una pene voce repelli oratorem a gubernaculis civitatum. excludi ab omni doctrina. rerumque maiorum scientia. Ac tantum in iudicia et contiunculas tamquam in aliquod pistrinum detrudi ac compingi videbam. Sed ego neque illis assentiebar. neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo Platoni. cuius tum Athenis cum Carneada diligentius legi Gorgiam. quo in libro hoc maxime admirabar Platonem. quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. Verbi enim controversia iam diu torquet greculos homines contentionis cupidiores quam veritatis. Nam si quis statuet hunc esse oratorem qui tantummodo in iure aut in iudiciis possit. aut apud populum in senatu copiose loqui. tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. neque enim sine multa pertractione omnium rerum publicarum neque sine legum morum iuris scientia. neque natura hominum incognita. ac moribus in his ipsis rebus satis callide versari et perite potest. Qui autem cognoverit haec sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest.

Tum ille Capitulum

Crassus contra disputationis partes qua oratores dixit in omne genus sermonis perfectum defendit. et sententiam Sevole alio modo interpretatur.

Anaxarchus

Q[uo]d huic abesse poterit de maximaꝝ rerū sciā.? Sin oratoris ni
hil uis ēē nisi composite. ornate. copiose loqui. Queō id ipz
qui possit assequi: sine ea sciā quā ei nō conceditis? Dicēdi
ei uirtus nisi ei qui dicet ea de quibus dicit pcepta sunt. ex
tare nō pōt. quā obrem si ornate loquutus esset sicuti et
fertur & mihi uidetur physicus ille demetrius. materies
illa fuit phisici de qua dixit. ornatus uero ipse ūboꝝ ora
torū putandus est. et si plato de rebus a ciuilib; contro
uersiis remotissimis diuinitus ē loquutus. quod ego cō
cedo si item Aristoteles si theophrastus si carneades ī re
bus iis de quibus disputauerūt eloquentes. et ī dicendo
suaues atq; ornati fuerūt. Sint he res de quib; dispu
tant in aliis quibusdā studiis. Oratio quidē ipa ppria ē
huius unius rōnis de qua loquimur et querimus. Et. n.
uidemus eisdez de rebus ieiune quosdā et exiliter. t
ut eum quē acutissimū ferunt Crysippuz disputasse. n
ob eam rē philo satis fecisse. q; nō hūerit hanc dicen
di ex arte alienam facultatē. Quid ergo interest. aut
quo discernes eoꝝ quos nominaui in dicendo uberta
tem et copiā ab eoꝝ exilitate qui hac dicendi uarietate et ele
gantia nō utunt'? Vnū erit pfecto q; ii qui bene dicunt af
ferunt ppriam compositam orōnē et ornatā & artificio qdā
et expolitione distinctam. Hec autē orō si res non subest
ab oratore pcepta & cognita aut nulla sit necesse est aut
oīum irrisione laudat'. Quid ē n. tam furiosum q uboꝝ
uel optimoꝝ atq; ornatissimoꝝ sonitus inanis nulla subi
ta sñia nec sciā? Quicquid erit igr quacūq; ex arte quocū
q; de genē, id orator si [illegible] tanquā clientis cāz didicerit dicet
melius & ornatius q ipse ille eius rei inuentor & artifex.
Nam siquis erit qui hoc dicat. ēē quasdā oratoꝝ ppias
sñas atq; causas et certaꝝ rerū forensibus cancellis circum
scriptam. fatebor equidē in his magis assidue usari hanc nrāz
dictionē. Sed tamen in his ipis rebus p multa sunt que isti
magri qui rhetorici uocantur nec tradunt nec tenent.
Q[ui]s .n. nescit maxime uim existere oratoris ī hominum

Vn crassus dicit quod cause physicoꝝ subtilissime sint posite tū ornatus illaꝝ sciaꝝ est oratoris.

diuisas l' limitatam

mentibus uel ad iram ul' ad odium aut dolorē incitandis. uel ab hisdem ꝑmotionibꝫ ad lenitatē misericordiāqꝫ reuocandis. Q nisi, qui nās hoīnū uimqꝫ omēꝫ humanitatis. causasqꝫ eas qbꝫ mentes aut incitant' aut reflectunt'. penitus ꝑspexerint. dicē do qđ uolꝫ ꝑficē nō poterit. At q totus hic locus phyorꝫ uideret' ꝓpius. Neqꝫ orator me' auctē unquā repugnabit. Sed cum illis cognitionē rerū concesserit. qꝫ in ea soluꝫ illi uoluerunt elaborare tractationē orōnis quae sine ulla sciēntia nulla ē sibi assūmꝫ. H ꝫ. n. ꝓpium oratoris qđ sepe iam dixerā. orō grauis et ornata et hoīnum sensibꝫ ac mētibus accōmodata. quibꝫ de rebus Aristotilē ꝫ Theofrastū scṗsisse fateor. Sed uide sceuola ne hoc totū sit a me. Naꝫ ego que sunt oratori cū illis coīa nō mutuō ab illis. Isti que ꝫ his rebus disputāt. oratorū ēē concedunt. Itaqꝫ ceteōs libros artis sue nomine hos rhetoricos et inscribūt ꝫ appellant. Et. n. cum illi indicendo inciderint loci quod ꝑ sepe euenit. ut de dijs immortalibꝫ. de pietate. de cōcordia. de amicitia ꝫ comuni ciuiū. ꝫ hoīnum de gentium iure. ꝫ equitate. ꝫ tempancia. de magtudine animi. ď oī uirtutis gene sit dicenduꝫ. Clamabunt. credo omīa gimnasia atqꝫ omēs phyorum scole sua ēē hec omīa ꝓpria. nihil oīno ad oratorē ꝑtinere. Qbus ego. ut de hijs rebus oībꝫ in angulis consumendi otij causa disserant. cū concessero. Illud tamē oratori tribuam ꝫ dabo. ut eadem de quibꝫ illi tenui quodam exangui qꝫ ſmone disputant. hic cū oī iocunditate et grauitate explicet. hoc ego cū ipsis phys Athenis disputabaꝫ. Cogebat. n. me. M. Marcellus hic nr̄ q nūc edilis curulis est. qui profecto nisi ludos nūc faceret. huic nr̄o sermoni interesset. Ac iam tunc erat adulescentulus his studijs mirifice deditus. Iam uero de legibus instituendis. de bello. de pace. de socijs. de uectigalibꝫ. de iure ciuium generatī in ordines etatisqꝫ descṗto, dicāt aliud greci si uolunt. lygurgū ꝫ solonē qꝫ illos quidē censemus ī nūo eloquentiū reponendos. scisse melius qꝫ yperidē aut demostenē ꝑfectos iā homines indicendo. Et ꝓpo-

Tercia pars Sed uide

2a ꝑticula

3a ꝑticula

ꝗ clare

litos. uel uiros decem uiros. qui xii. tabulas pscripserūt. quos
necesse ē fuisse sē prudentes. an ponāt in hoc genē et sergio
Galbe et socero tuo. C. lelio quos constat dicendi glā pstitisse.
Nunquam n. negabo ēē artes quasdā pprias eorū q in his cognoscē
dis atq tractandis studium suū omē posuerūt. Sed oratorem
plenū atq pfectū ēē eū dicas. qui de omib rebus possit copi
ose uarie dicere. Et ei sepe in his causis quas omēs pprias
ēē oratorū confitent. est aliquid quod nō ex usu forensi
quē solū oratorib conceditis sed obscuriore aliqua scīa
sit pmendū atq sumendū. Quero enim num possit aut contra
imperatorē aut p imperatore dici. sine rei militaris. aut sepe
et sine regionū terrestriū aut maritimarū scīa. Num apud po
pulū de legibus iubendis aut uetandis. Num in senatu de
omī rei. p. genē dici sine sūma rerū ciuiliū cognitione. et
prudentia. Num admoueri possit orō ad sensus aīorū atq
motus uel inflamandos uel etiā extinguendos. Quod unum
in oratore dn̄atur sine diligentissima puestigatione cāruz
oīum et rōnuz. que de naturis humani generis ac morib
a phis explicant. Atq haud scio an minus uobis hoc sim pro baturus. Equidē nō dubito quod sentio dicē. phisica ista
ipa q [illegible] paulo an̄ et mathematicā et ceterarum artium
propa [illegible] posuisti scīe sunt eorum qui illa pfitent. Illust
ri autē orōne si quis istas ipas artes uelit. ad oratoris ei cō
fugiendū ē tanquā ad architecti potius facultatē. Neq n.
si philonē illū architectū q athemensib armamentarium
fecit. constat pdiserte pplo rōnē opis sui reddidisse. existimā
dū est potius architecti artificio disertum fuisse. Nec si hu
ic M. Antonio p hermodoro fuisset de naualiū ope dicēdū
nunquā ab illo causam didicisset. Ipse ornate de alieno arti
ficio copiose q dixisset. Neq uero asclapiades quo nos me
dico amicoq usi sūmus tū cū eloquētia uincebat ceteros
medicos: in eo ipō quod ornate dicebat medicine facultate
utebat nō eloquentie. Atq illud ē pbabilius neq tn̄ uer
quod socrates dicē solebat omnes in eo quod scirēt satis
ēē eloquentes. Illud uerius neq quemquā in eo disertū esse pos-

Quarta pars.

phylo

hermodorus.

Asclepiades.

se quod nesciat. neq; si optime sciat: Ignarusq; sit facundie
ac poliende orõnis: diserte id ipm de quo sciat posse dicere.
Quamobrẽ si quis uniuersam et ppam oratoris uim diffi-
nire cõplectiq; uelit: Is orator mea snia hoc tam graui di-
gnus ẽ nomine. qui quecũq; res inciderint dictione expli-
canda: prudent & composite et ornate et memorit dicet
cũ quadã actionis etiã dignitate. Sin autẽ cuipiam nimis
infinitũ uidetur qd ita posui quacũq; de re licet. Hinc
quantũ cuiq; uidetur circũcidat atq; amputet. tum illud te-
nebo. si que ceteris in artib; aut studiis scita sũt: orator i-
gnorec: tm q; ea teneat que sunt in disceptationib; atq; usu
forensi: tamẽ si de reb; ipis que sint sit ei dicendũ: Cum co-
gnouerit ab iis qui tenent que sint in quaq; re multo ora-
torẽ melius q ipos illos quorũ he sunt artes ẽẽ dicturum.
Ita si de re militari dicendũ sit huic Sulpitio: querec A. C.
Mario affine nrõ: & cũ acceperit: ita pnuntiabit: ut ipi. C.
C. Mario pene hic melius q ipe illa scire uideatur. Sin de
iure ciuili tecum cõmunicabit: tẽ q; hominẽ prudentissimus
& pitissimũ in his ipis reb; quas abs te didicerit: dicendi
arte supabit. Sin que res inciderit in qua de nã. de uiciis
hõinum. de cupiditatib;. de modo. de conti[illegible]nẽtia.
de dolore. de morte dicendũ sit: forsitan ei ui[illegible] suz sit.
& si hec quidẽ nosce debet orator cũ Sexto pompeio eru-
dito homine i phia cõmunicabit. Hoc profecto efficiet
ut quãcũq; rẽ a quoq; cognouerit. de ea multo dicat or-
natus q ille ipe unde cognorit. Sed si me audierit qñ
phya ipa in tres ptes est distributa in nature obscuritatez.
in disserendi subtilitatẽ. in uitã atq; mores. Duo illa reliquam
atq; largiamur inertie nre. Tertium uõ quod semp orato-
ris fuit: nisi tenebimus nihil oratori in quo magnus ẽẽ pos-
sit relinquimus. Quare hic locus de uita et de morib; est
oratori pdiscendus. Cetera si nõ didicerit: tamẽ poterit
si qñ opus erit: ornare dicendo cũ erunt ad eũ delata et
tradita. Et ei si constat inter doctos hominem ignarum
Astrologie ornatissimis atq; optimis uersibus Aratũ de ce-

Quinta ps

in cognitionẽ naturẽ

qu ad logicam

phyam moralem

ad aĩs

hominem

lo stetisse dixisse si de rebus rusticis ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium poetica quadam facultate non rustica scripsisse preclare. Quid est cur non orator de rebus his eloquentissime dicat. quas ad certam causam tempusque cognorit? Est enim finitimus oratori poeta numeris astrictior paulo. Verborum autem licentia liberior. multis uero ornandi generibus socius ac pene par. In hoc quidem certe prope idem. nullis ut terminis circumscribat aut diffiniat ius suum. quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia uagari qua uelit. Nam quod illud quare negasti Sceuola fuisse laturum. nisi in meo regno esses. quod in omni genere sermonis. in omni parte humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere. Nunquam me hercule hec dicerem. si eum quem fingo me ipsum esse arbitrarer. Sed ut solebat. C. lucilius sepe. Homo tibi subiratus. mihi propter eam ipsam causam minus quam uolebat familiaris ... sed tamen et doctus et perurbanus. sic sentio neminem esse in oratorum numero habendum. qui non sit omnibus his que sunt libero digne perpolitus. quibus ipsis si in dicendo non utimur tamen apparet atque extat. utrum simus earum rerum rudes. an didicerimus. ut qui pila ludunt. non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palestre. Sed indicat ipse motus didicerit ne palestram an nesciant. Et qui aliquid fingunt. et si tunc tamen pictura nihil utuntur. tamen utrum sciant pingere. an nesciant non obscurum est. Hoc sic et in orationibus hisce ipsis iudiciorum. contionum. senatus. Et iam si proprie cetere non adhibeantur artes. tamen facile declaratur. utrum is qui dicat tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus. an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit. Sexta pars.

Tum ridens Sceuola non luctabor tecum inquit Crasse amplius. Id enim ipsum quod contra me loquutus es artificio quodam es consecutus. Ut mihi que ego uellem non esse oratoris concederes. et ea ipsa nescio quo modo rursus detorqueres. atque oratori propria traderes. Que cum ego pretor rodum uenissem et cum illo summo doctore istius discipline Appolonio ea que a panetio acceperam contulissem. irrisit ille quidem ut solebat phylosophiam atque contempsit. multaque non tam grauiter quam facete dixit. Tua autem

Hec

Capitulum …
Seuola Crassi disputationem ex hoc maxime uidet et nemo unquam talis orator fuit qualem crassus diffinit.

oratio fuit eiusmodi, nõ ut ullã artẽ doctrinã ue contemneres. sed ut omẽs comites et ministras oratoris ẽẽ diceres. Quas ego siqs sit complexus omẽs. idem qȝ si ad istas facultatẽ istam ornatissime orõnis adiunxerit. nõ possum dicẽ eũ nõ egregium quendaȝ hominẽ. atqȝ admirandũ fore. Sed is si quis ẽẽt. aut si etiam unquã fuisset. aut uõ si ẽẽ posset. tu esses unus pfecto qui etiã meo iudicio et oĩum uix ullam ceteris oratoribus (pace eoꝝ dixerim) laudẽ reliquisti. Verũ si tibi nichil deest. qd' in forensibꝰ rebus ciuilibꝰqȝ uersatur. qn scias neqȝ eã tamẽ sciam quã adiungis oratori. complexus es uideamus ne plus ei tribuas qꝫ res et ueritas ipa concedat. Hic Crassus memẽto inquit me nõ de mea. sed de oratoris facultate dixisse. Quid eiȝ nos aut didicimus aut scire potuimus. qui ante ad agendũ qꝫ ad cognoscendũ uenimus. quos in foro. quos in ambitione. quos in re. pu. quos in amicorũ negociis res ipa ante confecit. qꝫ possemus aliquid de rebus tantis suspicari. quod si tibi tantum in nobis uidetur ẽẽ. quibus etiã si ingeniũ. ut tu putas non maximæ defuit. doctrina certe et otium et hercule etiã studiũ illud dicendi acerrimũ defuit. Q'd censes si ad alicuius ingenium uel maius illa quæ ego nõ attigi accesserint. qualẽ illum & quantũ oratorẽ futurũ. Tum Antonius pbas m' inquit ista Crasse q̃ dicis. Nec dubito quin multo locupletior in dicendo futurus sit. si quis oĩum rerũ atqȝ artiũ rõnem nãmqȝ comprehenderit. Sed pmuȝ id est difficile factu psertim in hac nr̃a uita nr̃isqȝ occupationibꝰ. Deinde illud etiã uerendũ ẽ ne extrahamur ab hac exercitatione & consuetudine dicendi populari et forensi. Aliud enim mihi quoddam orõnis genus uidet' esse eoꝝ hoĩnum de quibus paulo ante dixisti. quamuis illi ornate et grauit' aut de nã rerũ aut de humanis rebus loquant'. Nitidum quoddaȝ genus est ũboꝝ et letum. et palestre magis. et olei. qꝫ huius ciuilis turbe et fori. Namqȝ egomet qui sero ac leuit' grecas litteras attigissem tum cum pro consule in ciliciam proficiscens uenissem Athenas. cũ plures ibi dies sum ꝓp nauigandi difficultatẽ cõmoratus. Sed cum quotidie mecũ

[Right margin, beside "Hic Crassus":] h' ps' hui' caph' i qua Crassus uult oẽs artes ẽẽ i oratoria facultate.

[Left margin, beside "Tum Antonius":] Cap^m sextum.

haberem homines doctissimos. eos fere ip̄os qui abs te modo
sũt nominati. cũ hic nescio quomodo apud eos increbuisset
me ĩ causis maioribꝫ sicuti. te solere u̇sari ꝑse quisqꝫ eorum
quantũ quisqꝫ poterat. de offitio et de rõne oratoris dispu
tabat. Horũ alij sicuti iste Mucrarchus hos quos oratores
uocaremus nichil ēē dicebat nisi quosdam operarios lingua
celeri et exercitata. Oratorē autē nisi qui sapiens ēēt. neĩ
nem. atqꝫ ip̄am æloquentiã que ex benedicendi scientia cõ
staret. unã quandã ēē u̇tutẽ. et qui unã u̇tutẽ haberet. omĩs
habẽ easqꝫ ēē inter se ǽquales et pares. Ita qui esset æloqꝯs
eum u̇tutes omĩes hr̃e atqꝫ ēē sapientẽ. Sed hæc erat spinosa
quedã et exilis orõ. longeqꝫ a meis sensibus abhorrebat.
Carneades uero multo uberius eisdẽ de rebus loquebatur.
nõ quo aperiret sñiam suã. Hic ei mos erat patius achade
mie aduersari semꝑ omĩbꝫ in disputando. sed maxime tñ
hoc sig̃ficabat eos qui rhetores noĩarent & qui dicendi p̄ce
pta traderẽ. nihil plane tenẽ nec posse quéq̃ facultatẽ di
cendi assequi. nisi qui ph̄iorum inuenta didicissẽ. disputa
bant contra dis̃ti homines Athenienses et in re. pu. causis
4 qꝫ uersati. In quibus erat & is qui nuper Romæ fuit. Me
nedemus hospes meus. qui cũ dicerẽ esse quandam prudẽ
tiã. que u̇saretur in ꝑspiciendis rõnibꝫ constituendarũ et
regendarũ rerũ publicarũ. excitabat homo ꝑmptus [Menedemus] ab ho
mine [Carneades] abundanti doctrina & quadã incredibili uarietate re
rum atqꝫ copia. Omĩs eĩz ptẽs illius ip̄ius prudentie petẽ
das esse a ph̄ia docebat neqꝫ ea que statuerent in re. pu. de
dijs ĩmortalibus de disciplina iuuentutis. de iustitia. de
patiẽ[tia] de temperantia. de modo rerũ oĩum. ceteraqꝫ sine
quibus ciuitates aut ēē aut bene morate ēē non possent
usq̃ in eorũ inueniri libellis. Qꝫ si tantã uim rerũ maxi
marũ arte sua rhetorici illi doctores complectẽrent. quẽba
tur cur de p̄mijs et de epilogis et de huiusmodi nugis (sic
n. appellabat) referti eorum essent libri. de ciuitatibus in
stituendis. de scribendis legibus. de æquitate. de iustiti
a. de fide. de frangendis cupiditatibꝫ. confirmandis hoĩu;

Menedemus
Carneades

moribus. littera nulla in eorum libris inveniretur. Ipsa vero pre
cepta sic illudere solebat. ut ostenderet non modo eos expertes esse
illius prudentie. quam sibi asciscerat. Sed ne hanc quidem di
cendi viam nosse. Caput enim arbitrabatur esse oratoris, ut
et ipsis apud quos ageret, talis, qualem se ipse optaret vi
deretur. Id fieri vite dignitate de qua nihil rhetorici is
ti doctores in preceptis suis reliquissent. et uti eorum qui audi
rent, sic afficerentur animi, ut eos affici velit orator. quod
item fieri posse nullo modo aiebat, nisi cognosceret is qui di
ceret quot modis hominum mentes et quibus rebus et quo
genere orationis in quamque partem moverentur. Hec autem esse peni
tus in media philosophia retrusa et abdita. que isti rhetores ne
primoribus quidem labris attigissent. Ea Menedemus, exemplis magis
quam argumentis conabatur refellere. memoriter enim multa ex
orationibus demostenis et preclare scripta pronuntiabat, doce
bat illum in animis, vel iudicum vel populi in omnem partem dicendo
pro movendis non fuisse ignarum in quibus ea rebus conse
queretur que negaret ille sine philosophia quemquam scire posse. Huic
respondebat non se negasse demostenem summam prudentiam
summamque vim habuisse dicendi. Sed sive ille hoc ingenio po
tuisset, audiendi fuisset. non quid ille potuisset. sed quid is
ti docerent, querendum esse. Sepe etiam in eam partem ferebatur
oratione ut omnimode disputaret nullam artem esse dicendi. Id
que cum argumentis docuerat quod ita nati essemus ut et bla
diri et subtiliter insinuare his a quibus esset petendum. et
adversarios nimis terrere possemus. et rem gestam ex
ponere. et id quod intenderemus confirmare. et id quod contra
diceretur refellere. ad extremum deprecari aliquid et conqueri
quibus in rebus omnis oratorum versaretur facultas. et quod con
suetudo exercitatioque et intelligendi prudentiam acueret.
atque eloquendi celeritatem incitaret. tunc etiam exemplorum co
pia nitebatur. Nam primum quasi dedita opera neminem scri
ptorem artis. ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat
cum repeteret usque a corace nescio quo et Thisia. quos artis
illius inventores et principes fuisse constaret. Eloquentis-

Alia diffinitio oratoris

exemplis

sive id quod constaret platonis studiosus

simos autem homines qui ista nec didicissent, nec omnino scire cu-
rassent, innumerabiles quosdam nominabat; in quibus et sive
ille irridens, sive quod ita putaret, sive quod atque ita audisset
me in illo numero qui illa non didicissem, et tamen ut ipse dicebat pos-
sem aliquid in dicendo proferebat. Quorum ego alterum illi facile
assentiebam nihil me didicisse; in altero autem me illudi ab eo
aut etiam ipsum errare arbitrabar. Artem vero negabat esse ul-
lam, nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum
spectantibus et numquam fallentibus rebus contineretur. Haec
autem omnia quae tractarentur ab oratoribus dubia esse et incerta,
quoniam et dicerentur ab his qui omnia ea non plane tenerent, et audiren-
tur ab ipsis quibus scientia non esset tradenda, sed exigui temporis
aut falsa aut certe obscura opinio. Quid multa? sic mihi tamen per- Quinta pars.
suaderi videbatur. Neque artificium ullum esse dicendi, neque quemquam
esse posse, nisi qui illa quae ab doctissimis in philosophia dicerentur cogno-
sceret, aut ta[l]lide aut copiose dicere. [quibus] Carneades [dicere] solebat. ingenium
tuum Crasse vehementer admirans me sibi perfacilem in audiendo,
te repugnantem in disputando esse visum. Itaque ego hac eadem
opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me
imprudente et invito excidit et pervenit in manus hominum: di-
sertos cognosse me non nullos, eloquentem adhuc neminem;
quod eum statuebam disertum qui posset satis acute et dilucide apud
mediocres homines ex communi quadam opinione hominum mirabi-
li dicere. Eloquentem vero qui mirabilius et magnificentius augere
posset, atque ornare quae vellet, omnisque omnium rerum quae ad di-
cendum pertinerent fontes animo ac memoria contineret. Id si
est difficile nobis, qui antequam ad dicendum ingressi sumus,
obruimur ambitione et foro, sit tamen in re positum atque natura.
Ego enim quantum auguror coniectura quantaque [ingenia] in nostris hominibus
esse video, non despero fore aliquem aliquando qui et studio acriore
quam nos sumus atque fuimus et otio ac facultate discendi
maiore ac maturiore et labore atque industria superiore cum se
audiendum legendum scribendumque maiore opera dederit, ex-
stat talis orator [qualem] quaerimus, qui iure non solum disertus,
sed etiam eloquens dici possit. qui tamen mea sententia aut iam hic

Recusatio Crassi ne de arte disputet et ei determinatio utrum sit aliqua ars dicendi.

Sulpitius et Cotta instant Crasso ut ostendat quid de eo sentiat quod Antonius dixit nullam scilicet artem sibi de dicendo videri.

est Crassus aut si quis pari ingenio pluraque quam hic et audierit et lec
titarit et scripserit paulum aliquid huic poterit addere. Hoc loco — Tractatus 3us
Sulpitius: insperanti mihi inquit et Cotte sed valde optanti utrique — Capitulum primum
nostrum cecidit ut in istum sermonem Crasse delaberemini. Nobis
enim huc venientibus iocundum satis fore videbatur si cum vos de rebus
aliis loqueremini tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria
dignum excipere possemus. Ut vero penitus in eam ipsam totius
huius vel studii vel artificii vel facultatis pene intimam pervenire — intimam
tis vix optandum nobis videbatur. Ego enim qui ab ineunte etate
incensus essem studio utriusque vestrum Crassi vero etiam amore
cum ab eo nusquam discederem verbum ex eo numquam elicere potui de
vi ac de ratione dicendi. Cum et per me ipsum egissem et per
Drusum sepe temptassem. quo in genere tu Antoni (vere loquar)
numquam mihi percontanti aut querenti aliquid defuisti et
persepe me que soleres in dicendo observare docuisti.
Nunc quoniam uterque vestrum patefecit earum ipsarum rerum aditum quas quaeri
mus et quoniam princeps eius Crassus sermonis ordiendi fuit da
te nobis hanc veniam ut ea que sentitis de omni genere dicendi
subtiliter persequamini. quod quidem si erit a vobis impetratum magnam
habebo Crasse huic palestre et tusculano tuo gratiam et longe acha
demie illi ac lycio tuum hoc suburbanum gymnasium antepo
nam. Tum enim ille vero inquit Sulpiti rogemus Antonium qui
et potest facere id quod tu requiris et consuevit ut te audio
dicere. Nam me quidem fateor semper a genere hoc toto sermonis refugis — fateor
se et tibi cupienti atque instanti sepissime negasse ut tute
paulo ante dixisti. quod ego non superbia neque inhumani
tate faciebam neque quo studio tuo rectissimo atque optimo non
obsequi vellem presertim cum te unum ex hominibus ad dicen
dum maxime natum aptumque cognovissem. Sed me hercules istius dis — maxime natum
putationis insolentia (desuetudo) atque earum rerum que quasi traduntur
in arte institutis. Tum Cotta: quoniam id quod difficillimum nobis
videbatur ut omnino de his rebus Crasse loquereris assecuti
sumus de reliquo iam nostra culpa fuerit si te nisi omnia que
percontati erimus explicaris dimiserimus. De his credo
rebus inquit Crassus ut in certionibus scribi solet quibus

sciam potero

sciam potero q; . Tum ille namq; quod tu nō poteris aut nescies.
quis tu tum tam imprudens est. qui se scire aut posse postulet?
Tam uō ista conditione. dum mihi liceat negare quod nō poteō
& fateri nescire quod nesciam. Licet inquit Crassus uō Arbitra
tu per contemnimi. Atq; inquit Sulpicius hoc de quo modo An
tonius exposuit. quid sentias queramus. estimes ne arte ēē
aliquā dicendi. Q[illegible]d tu nunc uos inquit Crassus. tanquā ali
cui greculo otioso et loquaci fortasse docto atq; erudito q̄sti
unculam de qua meo arbitratu loquar imponitis? Quando
[illegible]-me ista. aut cogitasse arbitramini? non semp irrisisse po
tius eorum hoīnum impudentiā. qui cum in scola assedissent ex
magna hoīnum frequentia dicē iuberent. si q̄s quid quereret.
quod primū ferunt leontinum fecisse Gorgiam. qui p magnum
quidam suscipere ac pfiteri uidebat. cum se ad omnia de quib;.
quisq; audire uellet esse paratum denuntiaret. postea uō ul-
go hoc facē ceperunt. hodieq; faciunt. ut nulla sit res neq;
tanta. neq; tam improuisa nec tam noua de qua nō omnia
quę dici possunt. profiteantur esse dicturos. Quod si te Cot
ta arbitraretur aut te Sulpici de his rebus audire uelle. ad-
duxissem huc grecum aliquē qui nos istiusmodi disputatio
nib; delectaret. quod ne nūc quidē difficile factu ē. Est
eī apud .M. pisonem adulescentē iam huic studio deditum
sūmo homio [illegible] ingenio. nri que cupidissimus p[f] ypateticus
Staseas homo nobis sane familiaris. et ut inter homines pe
ritos constare uideo in illo suo genē oīum princeps. Quē tu
mi inquit mutius Staseam quē pipateticum narras. gerē
dus est tibi mos adulescentibus Crasse. qui nō greci alicuius
loquacitatē quotidianā sine usu. neq; ex scolis cantilenam
requirunt. sed ex homine oīum sapientissimo et eloquē
tissimo atque ex eo qui nō in libellis sed in maximis cāīs.
et in hoc domicilio imperii & glorie sit consilio lingua
q; princeps. cuius uestigia q prosequi cupiunt eius sn̄am
sciscitantur. Equidem tecum in dicendo semp putaui de
um. Tum uō tibi nunquā eloquentię maiorem tribui
laudem quā humanitatis. qua nunc uti. uel maxime

i[d est] minime decet.

Crassus nullam esse propriam artem dicendi sed quandam velut eius ymaginem aut similitudinem respondet. quedam vero ad eloquentiam plus quam ipsam artem conferre.

licet. Denique defugere eam disputationem ad quam te duo excellen- Cap[itulum] secundum.
tis ingenii adolescentes cupiunt attendere. Ego vero inquit iste
obsequi studeo. neque gravabor breviter meo more quid quaque
de re sentiam dicere. Ac primum illud quoniam auctem tiam Sce-
vola negligere fas mihi non puto esse. respondeo mihi dicendi
aut nullam artem aut pertenuem videri. sed omnem esse conten-
tionem inter homines doctos in verbi controversiam positam.
Nam si ars ita definitur. ut paulo ante exposuit Antonius
ex rebus penitus perspectis. planeque cognitis. atque ab opi-
nionis arbitrio seiunctis. scientiaque comprehensis. non mihi videtur
ars oratoris esse ulla. Sunt enim varia et ad popularem vulgarem-
que sensum accommodata omnia genera huius forensis nostre dicti-
onis. Sin autem ea que observata sunt in usu ac tractatione di-
cendi hec ab hominibus callidis ac peritis animadversa. ac notata
verbis designata generibus illustrata partibus distributa sunt. quod
fieri potuisse video. non intelligo quare obrem non si minus il-
la subtili diffinitione. at hac vulgari opinione ars esse vide-
atur. Sed sive est ars sive artis quedam similitudo non est
quidem ea negligenda. Verum intelligendum est alia quedam
ad consequendam eloquentiam esse maiora. Tum Antonius
vehementer se assentiri Crasso dixit. quod neque ita amplec-
teretur artem. ut hi solerent. qui omnem vim dicendi in arte
ponerent. Neque rursum eam totam sicut plerique philosophi facerent.
repudiaret. Sed existimo inquit gratum te his esse Crasse
facturum. si ista exposueris quae putas ad dicendum plus quam ipsam
artem posse prodesse. Dicam equidem quoniam institui. petam-
que a nobis inquit. ne has meas ineptias efferatis. quamquam mode-
rabor ipse. ne ut quidam magister atque artifex. sed quasi
unus ex togatorum numero videar non ipse aliquid a me promsisse.
sed fortuito in sermonem vestrum incidisse. Equidem cum peterem
magistratus solebam impressando dimittere a me Scevolam. cum
ei ita dicerem me velle esse ineptum. id erat petere blandius.
quod nisi inepte fieret bene non posset fieri. hunc autem esse
unum hominem ex omnibus. quo presente ego ineptus esse mini-
me vellem. quem quidem nunc mearum ineptiarum testem et spectatorem

Hortatur Crassum Antonius ut aperiat quod sentiat de his que meliora sunt arte.

oratorum numero atque ex forensi usu homo mediocris neque otio studiis